reducantur. quo qui con
uerti fecerit peccatorē
ab errore uiae suae. saluat
animam eius a morte.
& cooperit multitudinē
peccatorum; per indul
gentiam nihilominus
ac remissionem nrām.
ad indulgentiam nro
rum facinorum peruenit.
Si enim dimiseritis homi
nibus peccata eorum.
dimittet & et uobis pater
ur̄ caelestis delicta urā;
Uidetis ergo quanta si mi
sericordiae aditus. pate
fecerit clementia sal
uatoris. ut nemo salutē
cupiens, dis peratione
frangatur. Cum uideat
se tantis aditus reme
dis inuitari; Si enim p
infirmitate carnis.
Afflictione ieiuniorum.
abolere te peccata non
posse causeris. nec potes
dicere. Genua mea in
firmata sunt a ieiunio.

& caro mea inmutata ē
propter oleum. quia ci
nerem tamquā panem
manducaui. & potū meū
cum fletu miscebam.
Elẏmosinarum ea redi
me largitate; indigen
ti si non habes quod in
pertias. licet nullam
ab hoc opere. necessitas
inopiae ac paupertatis
excludat. quandoqui
dem & illius uiduae duo
tantum ęra ingentib:
diuitum muneribus prę
ferantur. & pro calice
aquae frigidae mercedē
se redditurum dns̄ re
promittat. Certe abs
que illis morum poteris
emendatione purgari;
quod si p fectionem uir
tutum. extinctione ui
tiorum omniū non po
tes adipisci. sollicitudi
nem piam erga utili
tatem alienae salutis
impende; Sicut idoneū

License: CC-BY-NC – St. Gallen, Stiftsbibliothek, Cod. Sang. 575, p. 41 – Johannes Cassianus, Collationes patrum XVII-XXIV (http://www.e-codices.ch/fr/csg/0575/41)